

multitude de ses volumes et quelques précieux manuscrits, entre autres la *Bible d'Agobard*, l'avait jeté dans le ravin. Son *Iter Burgundicum* conserve la trace du plaisir ressenti dans cette course qui n'avait duré que deux jours (2).

(2) Nous pensons qu'on ne lira pas sans intérêt la description que Mabillon fit alors de la ville de Lyon; elle est aussi flatteuse qu'exacte, seulement aujourd'hui nos archives retiendraient davantage l'érudit.

« *Inde vestigia, verius præcipitia relegentes, Lugdunum adivimus Maii die XXI, nec longas in magna, frequenti, celebri, amænissima et elegantissima civitate traximus moras, cum ea nos deficerent quæ itineris nostri illecebræ erant veterum librorum monumenta.*

« *Uno quippe die ac dimidio satis datum est oculis nostris, visis locis ædibusque publicis, xenodochiis ad miraculum ordinatis, celebrioribus ecclesiis atque adeo collegio majori RR. Patrum Societatis Jesu, quod unum ex præcipuis ejus urbis est ornamentum, idemque civium Lugdunensium munificentia monumentum insigne. Aula collegii ornatissima picturis, iconibus variisque emblematis quæ intuentibus artes loquuntur, templum et maxime conscriptorum devotorum oratorum magnifice decorata Bibliotheca, locus amplissimus, egregie instructus, positusque ad ripam Rhodani : multa librorum copia, manuscripti codices aliquot, ex quibus unus continet novum Testamentum ex dono Agobardi Episcopi in gratiam Ecclesiæ Lugdunensis. Sed pro cæteris nos potissimum movit eruditi bibliothecæ præfecti R. P. Caronrii humanitas, qui cum suis honorificentius, quam par erat, et verbis et officiis nos exceptit.*

« *Accessit etiam commendatio et urbanitas clarissimi civis Lugdunensis Anissonii qui nos in ædes suas invitavit non semel et per urbis loca insigniora ipse deducere non est gravatus.*

« *In Athanacensi Benedictinorum abbatia, venerabilis archiprior nobis ultro suppeditavit chartularium suum, Bartholomæi abbatis curis anno 1341 auctoritate publica ordinatum, in quo Regum diplomata pauca, chartæ, sæculo XII vetustiores nullæ, invenientur.*

« *Die Maii 23 regredi cæpimus Roanam. »*

*Iter Burgundicum. Œuvres posthumes de Mabillon, publiées par Dom Vincent Thuillier.*